

Joachim Albinus Heinrich Martini

Quinta Disputatio Feudalis De Successione Feudi,

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730886867>

Druck Freier  Zugang



26⁵ 7

Q V I N T A
DISPUTATIO FEUDALIS
De
S U C C E S S I O N E
F E V D I,

Quam

DEO TER OPT: TER MAX: DUCENTE AC
DOCENTE,

Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis in celeberrima
Rofarum Academia,


P R Æ S I D E

CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO
D N. JOACHIMO ALBINO
J. U. D.

Publicè propugnabit

H E N R I C U S M E R T E N S
Osterstadâ-Bremenſis


Ad diem 3. Martij in Auditorio Majori, horis matutinis,



R O S T O C H I I,

Typis AUGUSTINI FERBERI, Anno 1621.

R. U. - jur 1621 Albinus, Joachim/d



DISPUTATIO FEVDALIS V.

DE

SUCCESSIONE
FEVDI,

Π Α Ρ Α Σ Κ Ε Υ Η.

A Acquisitionem Feudi inter vivos, de qua proximâ disputatione egimus, iusto ordine subsequitur Successio Feudi, per quam mortis causa Feudum acquiritur; Tametsi Dn. Joan. Schneid. in tract. Feud. part. 4. n. 56. & part. 6. in pr. n. 1. Successione Feuda potius conservari, quam acquiri putet, & Dn. Helfr. Ulr. Hunn. in tract. Feud. cap. 10. pag. 191. Successionem non acquirendi, sed constituendi modum contra expressissimos juris Feudalis textus in c. un. §. sciendum. in fin. 2. F. 1. & c. un. in pr. 2. F. 11. statuat; Verum nos, illis relicto, trita ac Regiâ viâ incedamus.

T H E S I S I.

Successio (a) licet jure civili aut Testamentaria sit aut Legitima (b); De jure tamen Feudali Testamentaria nulla (c) regulariter; (d) sed tota Legitima (e) est.

(a) in primis Feudorum incunabulis, cum adhuc satis inbecillis ac tenuis esset eorum origo, nulla prorsus in Feudis recepta erat successio, imo ad placitum Domini, non secus ac jure civili Precarium ad libitum concedentis, Feuda adimi poterant c. un. §. & quia 1. F. 1. l. 1. in pr. l. cum precario. 12. in pr. l. & habet 15. ff. de Precar. Postea vero temporis progressu jure successionis ad

L 2 filios &

filios & ad Nepotes cæterosq; descendentes
ex filio itemq; ad Agnatos etjam in infinitum
pervenerunt *d. c. un. §. cum vero Conradus 2. x. F. 1.*
Dn. Conrad. Rittersb. lib. 1. Part. Feud. cap. 12. quæst. 1.
Herm. Vult. in tract. de Feud. lib. 1. cap. 9. n. 23. Francisc.
Duar. in tract. de Feud. c. 9. n. 12. Vid. infra th. 3.
th. 11. & th. 12. Quædam tamen Feuda etjam
nunc à successione exclusa remanent, ut Feuda
Guardiæ, Castaldiæ, Soldatæ *c. un. in pr. 1.*
F. 2. c. un. in fin. 1. F. 11. Item de quibus quis
non ritè coram Paribus Curiaë investitus est,
c. un. in pr. 1. F. 25. (b) §. fin. Inst. Per quas Person.
quarum illa quoties adest, hac potior est, eamq;
excludit *l. quandiu 89. de R. J. l. quandiu 39. de*
acquir. vel omit. heredit. (c) c. un. in pr. ibi) nulla
ordinatione defuncti in Feudo manente vel
valente. *1. F. 8.* etjam si ad pias causas testetur
c. un. §. donare 1. & ibi comm. FF. 2. F. 9. c. un. in
pr. ibi) vel pro anima judicare, id est, legare.
2. F. 55. l. 1. de prohibis. alienat. lib. 2. tit. 29. Legum
Longobardarum c. un. vers. Ecclesia enim 1. F. 13.
Helfr. Ulr. Hunn. in tract. Feud. cap. 10. pag. 195.
Georg. Obrecht in tract. Feud. lib. 2. cap. 12. n. 5, ne
quidem quoad unius candelæ pretium, sicut
inquit Feudistarum Auriga Andreas de HERNIA
in c. un. n. 7. 2. F. 45. quem sequuntur *Henr. Ro-*
senthal. in tract. F. c. 7. conclus. 2. n. 7. & Herm.
Vult. 1. F. 9. n. 75. Rationes, quare in Feudis
mortis causa dispositio prohibita, variæ à
varijs Feudistis adferuntur, quarum aliquot
collegit *Dn. Conrad. Rittersb. lib. 1. Part. Feud. d.*
cap. 12. quæst. 4. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 194.
Incidit hoc loci elegans quæstio, An Feudi
legatum adeo nullum sit, ut ne quidem æstima-
tio ejus ab herede debeatur? Quod Feudistæ
tam veteres quàm recentiores communiter
adfirmant

adfirmant, sed illis doctissimis juris rationibus rectè resistit *Dn. Ernest. Corhm. conf. 37. n. 348. & seqq. vol. 1. & prolixius conf. 65. n. 59. & seqq. vol. 2.* quem etjam novissimè secutus *Helfr. Uly. Hunn. d. cap. 10. pag. 196.* (d) sunt enim quædam Feuda, de quibus testari concessum, puta si Domini Feudi & Agnatorum, quorum interest, consensu accedente Vasallus sibi certum heredem Feudalem constituit, *arg. c. un. in pr. 2. F. 39. Georg. Obrecht. d. tract. lib. 2. cap. 12. n. 11. Dn. Conrad. Rittersh. Diss. Feud. §. th. 16. Joan. Schneid. in tract. de Feud. part. 6. c. 1. n. 5.* In Feudo vero merè & absolute hereditario nec Domini nec Agnatorum consensus requiritur *c. un. 2. F. 48. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 12. quest. 6. in pr. Georg. Obrecht. d. cap. 12. n. 12. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 74.* In Feudo novo etjam si sit ex pacto & providentia solius Domini consensus est sufficiens *d. c. un. 2. F. 48. Ludolph. Schrad. in tract. de Feud. part. 7. cap. 2. n. 19. & 20. Harm. Pistor. lib. 2. quest. Feud. quest. 4. n. 23. & seqq.* De Feudo Franco an liceat testari non nulli subdubitant: Nos negantem opinionem amplectimur; Siquidem illud, quoad cætera, quæ in illo mutata non sunt, Feudi proprii naturam retinet ac secundum ejus leges regitur. *Joann. Borcholt. in tract. Feud. c. 8. n. 83. in fin. Henr. Rosenthal. d. cap. 7. d. conclus. 2. n. 6. & 7.* (e) quæ sola lege immediate sine facto hominis obvenit *l. ca. vero. 3. §. de illo 2. ff. Pro Socio.*

II.

Legitima successio cum vel Descendentium vel Ascendentium vel Collateralium sit; (a) sicut jure civili, (b) ita & jure Feudali prima est causa descendentium, Liberorum (c) qui sunt Naturales & Legitimi simul, (d) ac Masculi (e).

(a) N. 113. in fin. pr. & per tot. Dn. Conrad. Rittersh. in Meth. Explicat. Novell. part. 7. per tot. (b) §. 1. Inst. de heredit. qua ab intest. l. nam etsi 15. ff. de inoffic. testam. l. scripto. 7. §. fin. ff. Vnde Liberi l. cum ratio 7. in pr. ff. de bon. damnat. (c) c. un. in pr. 2. F. 11. Dn. Conrad. Rittersh. lib. 1. Part. Feud. cap. 13. quaest. 1. Joan. Borcholt. in d. tract. Feud. cap. 7. part. 2. n. 10. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 86. (d) nam Naturales tantum à Feudis arcentur c. un. §. naturales 2. F. 26. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 91. vers. de nati igitur. Georg. Obrecht. in d. tract. Feud. lib. 2. cap. 15. n. 1. & n. 2. Idem dicimus de Legitimis tantum seu Adoptivis d. c. un. §. adoptivus 2. F. 26. tum, quia Feudum datur sanguini, cujus jus adoptionis non adfert. l. qui in adoptionem 23. de Adoptionibus, tum, quia Adoptivi non sunt veri Liberi sed tantum Ascititij & ficti l. fidei commissum 76. de condit. & demonstrat. quos Feudum concedens non, sed veros Liberos respexisse praesumitur. Dn. Conrad. Rittersh. d. c. 13. quaest. 4 & quaest. 5. Helfr. Vlr. Hunn. d. cap. 10. pag. 216.: Non vero hic distinguimus an tempore infeudationis Liberi sint posthumi vel nati vel ex utero matris secti l. postumus 6. in fin. pr. de inoffic. testam. l. negat. 2. de mort. inferend. an Emancipati N. 118. c. 1. an Exheredati arg. c. un. in pr. 1. F. 8. Hi enim omnes Feudorum capaces Ludolp. Schrad. in d. part. 7. c. §. n. 12. & 13. Matth. Wesenb. in tr. de Feud. cap. 6. n. 9. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 95. & n. 96. Helfr. Vlr. Hunn. in d. cap. 10. pag. 201. (e) c. un. in pr. ibi filijs enim existentibus masculis 2. F. 11. Foeminini enim sexus Liberi regulariter, uti & Hermaphroditi in muliebrem sexum incallescunt à Feudis arcentur, de illis proluxus infra thes. §. 5. & 6.

137 Ethio

Et hi omnes (a) (nisi sit Feudum Regale vel Electoralale (b) ad cuius successionem tantum admittitur Primogenitus (c)) in Feudo æqualiter, (d) primi tamen gradus Liberi in capita, Ulteriores in stirpes (e) succedunt.

(a) dummodo tamen non sint specialiter prohibiti ut Incestuosi, & ex damnato complexu nati, Spuriij seu vulgò quæsitij, barbarè Bastardi à Germanico *Böshafft*. Hi enim honestè in curia Domini stare nequeunt. *Dn. Conrad. Rittersh. d. c. 13. quest. 2.* Sunt & alij Feudorum incapaces de quibus *thes. 4. 8. & 9.*
 (b) quæ dividi ac demembrari prohibita, *Aur. Bull. Caroli, IV. cap. 7. & cap. 20.* Olim etjam ex constitutione Friderici I. Imp. Ducatus, Marchionatus & Comitatus divisioni non erant obnoxij. *un. s. firmiter. 1. vers. Præterea Ducatus. 2. F. 55.* Verum consuetudine Germaniæ illos nonnunquam hodiè dividi videmus *Hennings. Ged. conf. 19. n. 4. & conf. 20. n. 24. Dn. Ernest. Cothm. conf. 1. vol. 5. n. 253. & multis seqq.* qui tamen hanc consuetudinem in totum non approbare videtur. (c) *d. cap. 7. Aur. Bull. Caroli IV. etjam ante adeptam dignitatem natus I. Senatoris s. de Senatoribus. l. 2. s. in filijs de Decurionibus Georg. Obrecht. in tract. de Feud. lib. 2. cap. 13. n. 66. & seqq. Thom. Michail. Disput. de Juridict. th. 132. lit. D. eleganter Valent. Forster. in tract. De Success. ab intest. lib. 4. cap. 24. quest. 4. pag. 308. Francisc. Hotom. illustr. quæstion. quest. 2.* Imo Primogeniti filius Patrum in successione avita antecedit *text. in Aur. Bull. Caroli I. V. cap. 7. ibi) Darnach auff desselben Erstgebornen Sohns Sohn / Gerl. Buxtorff. ad d. Aur. Bull. th. 85. lit. E. Georg.*

Georg. Tholosan. de Republ. lib. 7. cap. 10. per tot. Joan.
Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 5. n. 271. (d) c. un. in
pr. 1. F. 8. (e) N. 118. cap. 1. Jure scilicet repræsen-
tationis c. un. in pr. 2. F. 11. §. cum filius. 6. Inst. de
heredit. qui ab intest. defer. Quod in linea descen-
dente in infinitum locum habere contra Joan.
Fabr. Bart. & alios statuimus, Joan. Borcholt. in
tract. de Gradib. pag. 180. & seqq. Dn. Conrad. Rit-
tersh. in Meth. Explic. Novell. part. 7. cap. 4. n. 15. &
16. Vid. Joan. Niell. Disputat. F. 5. th. 2. lit. f.

IV.

Liberos ex matrimonio ad Morganaticam (a) con-
tracto, item per Rescriptum Principis Legitimatos
(b) Feudis repelli non multum habet dubij; De Legi-
timatis per subsequens matrimonium major est Feudi-
starum controversia? Nos si de eorum Successione in
prima investitura cautum non sit, eos à Feudo simi-
liter arcendos esse defendemus. (c)

(a) Morganatica, verbum est Feudisticum,
ex Germanico Morgengab depravatum, quasi
dicas, donum matutinum, quod Maritus U-
xori dat pro prima nocte, in vicem donatio-
nis propter nuptias. Cujat. lib. 4. de Feud. tit. 32.
Hotom. in Lexic. verb. Marganatica. Adrian. Gylm.
tom. 3. Symph. supplic. in verb. Morganatica.
fol. 231. Dn. Conrad. Rittersh. lib. 2. Part. Feud. cap. 3.
quest. 31. vers. Et rursus. Hi liberi ex tali matri-
monio nati donatione propter nuptias con-
tenti esse tenentur, neq; in Feudum neq; in
Allodem, filio primi matrimonij existente suc-
cedunt c. un. 2. F. 29. c. un. §. filij nati. 2. F. 26.
Joan. Borcholt. in d. tract. de Feud. cap. 7. part. 2. n. 56.
ubi recte dictum §. filij nati, negative legit,
quod etjam subjecta *αιτιολογια* omnino urget.
Licet autem Uld. Zas. in tract. de Feud. part. 8. n. 71.
tale pactum

tale pactum iniquum putet & Bald. in d. c. un. 2.
F. 29. potius hanc nequitiam quam consuetu-
dinem dicendam existimet; Contrarium ta-
men cum Dn. Conrad. Rittersh. lib. 1. part. Feud.
cap. 15. quast. 8. & Somb. in tract. de Feud. part. 9. n. 50.
& seqq. nos defendemus (b) c. un. §. naturales. 2.
F. 26. sine Domini & Agnatorum consensu, qui
si accedat & rescripto, Principem eos etjam
ad Feuda legitimare, disertè expressum, Feu-
dorum capaces fiunt. Herm. Val. d. cap. 9. n. 93.
vers. de Legitimat. per rescriptum. Matth. Wesenb. in
tract. de Feud. cap. 6. n. 11. Ludolp. Schrad. d. part. 7.
cap. 5. n. 23. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 212 (c)
d. c. un. §. naturales. 2. F. 26. qui textus indi-
stinctè loquitur, & omnes naturales, licet po-
stea legitimi fiant, Feudo excludit, generali-
tèr igitur accipiendus l. de pretio. 8. de Publ. in
rem act. l. metum. 9. §. animadvertendum 1. Quod
mer. causa. Et quamvis natalium vulnus nuptijs
subsequenter consolidetur, c. tanta. 6. X. Qui
flij sint legit. interim tamen citatrix manet, ut
inquit Bald. referente Herm. Vult. d. cap. 9. n. 92.
in fin. Imo Legitimat. similes Alchimix, quæ
facit apparere, quod non est, Val. arub. Diss.
Feud. 5. th. 9. lit. A. Itaq; etjam si Jure Civili &
Canonico pro veris legitimis habeantur & in
Allodialibus cum alijs æqualiter succedant
N. 12. cap. ult. N. 74. c. 2. N. 89. c. 8. in pr. Dn. Con-
rad. Rittersh. in Meth. Explicat. Novell. part. 7. cap. 6.
per tot. Tamen illarum legum non est tanta au-
toritas, ut usum vincant aut mores. c. un. in fin.
pr. 2. F. 1. Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 1. Part. Feud.
cap. 13. quast. 3. in fin. Helf. Ulr. Hunn. d. cap. 10.
pag. 209. Georg. Obrecht. in d. tract. lib. 2. cap. 15.
n. 16. & seqq. Et licet hanc sententiam veritati
Theoricæ magis consentaneam esse putemus

M

cum.

cum Herm. Vult. d. c. 9. n. 94. in pr. & Euerh. Bronchorst. cent. 2. miscell. controvers. as. 92. Contrariam tamen in praxi & usu forensi consulendo & judicando quotidie observari & secundum eam in Camera Imp. etiam pronunciarri, inficias non imus Joach. Myns. cent. 5. obs. 42. Hieronym. Schurff. cent. 1. cons. 1. n. 17. Ludolph. Schrad. d. part. 7. cap. 5. n. 21. Henric. Rosenthal. d. c. 7. conclus. 18. n. 1. & 2. Praxis igitur hujus quaestionis à Theoria separanda erit.

V.

Foeminae (a), etiam cum suis filijs (b) à successione Feudi (c) ipso jure regulariter sunt exclusae; (d) nisi sit Feudum Foemineum, (e).

(a) c. un. in pr. vers. proles enim. 2. F. 11. tum, quia ad ipsas beneficij functiones aequae ac mares non sint appositae, tum, quia naturae convenientius sit, mulieres per viros quam contra hos per illas defendi, tum, quia coetibus virorum immisceri à verecundia sexus sit alienum, tum, quia taciturnitatem ac fidem vix praestare possint, quibus innata ferè garrulitas est, &, ut sit varium ac mutabile semper, Dn. Conrad. Rittersb. d. lib. 1. Part. Feud. cap. 14. quest. 1. Ludolph. Schrad. d. part. 7. cap. 4. n. 1. Helfr. Vlr. Hunn. d. cap. 10. pag. 217. ubi plures exclusionis rationes adfert, & ex illis quasdam etiam refutat. Valent. Forster. in d. tract. de success. ab intest. lib. 4. cap. 23. n. 48. rationem hujus consuetudinis ex leg. 12. tabl. quâ Agnati propter familiae conservationem, exclusis foeminis, ad successionem tantum vocantur, desumptam existimat.

(b) c. un. in pr. vers. ad filias vero 2. F. 11. c. un. s. hoc autem 3. 1. F. 1. quia surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur, & successiones non sicut instar

instar Picae per saltum, uti Dd. loquuntur sed ordine juris servato; Antequam igitur filij admittantur, mater successione capax sit, necesse est; Exclusa enim radice, recte & alia quae ab ea proficiuntur excluduntur arg. l. tria pradia 31. de S. R. P. Georg. Obrecht. d. tract. lib. 2. cap. 14 n. 8. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 213. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 27. Jacob. Menoch. conf. 400. n. 34. & seqq. (c) sive sit novum sive antiquum, sive magnum sive exiguum nil refert, Joan. Schneid. d. tract. part. 6. tit. de success. ab intestat. n. 24. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 36. Francisc. Curt. Jun. in tract. de Feud. part. 3. n. 14. Feudo Emittio antiquoq. foeminae excludantur: elegantis inquisitionis est: Multi id negant; Sed nos Adfirmantes melioribus rationibus subnixos sequimur; Alterato enim in uno capite Feudo, in alijs non alteratum propriam Feudi naturam retinet. c. un. 2. F. 48. Joan. Borcholt. d. cap. 7. part. 2. n. 65. Jacob. de S. Georg. in tract. de F. in verb. Et foemina. n. 6. Ludolph. Schrad. d. part. cap. 4. n. 5. elegantissime Dn. Ernest. Cothm. conf. 42. n. 30. & seqq. vol. 5. & conf. 44. n. 2. & seqq. d. vol. 5. Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 14. n. 13 14. & 15. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 223. Everh. Bronhorst cent. 2. miscell. controvers. ass. 88. Joan. Schneid. d. part. 6. tit. de success. ab intest. n. 22. & 23. ubi Feudum, Emittium, de quo solum annui reditus & nulla servitia personalia sine Ritterdienste praestantur. excipit, Nonnulli Feudi Franci foeminae capax statuunt propter c. un. 2. F. 104. Quod capitulum non apocryphum sed authenticum esse probat Joan. Petr. Surd. conf. 407: Et licet extraordinarium sit, tamen, quia regulas capp. ordinariorum non infringit sed per exceptionem explicat, plus ponderis quam Dd.

M 2

contrarium

contrarium sententiarum auctoritates habere videtur *Herm. Vult. d. cap. 9. n. 41. vers. plus tamen. Vide Fachin. lib. 7. controvers. cap. 39. in hac quaestione aliter distinguentem (d) d. c. un. §. hoc autem 3. 1. F. 1. c. un. §. filia vero 2. F. 8. c. un. in pr. vers. Ad filias 2. F. 11. c. un. in fin. 2. F. 36. adeo ut nec legitima illis debeatur, siue sit Feudum ex pacto & providentia Antiquum siue Novum; Illa enim ex bonis tantum hereditarijs solvenda venit l. scimus. 36. in pr. vers. repletionem C. de inoffic. testam & quidem illis tantum, qui ab intestato succedere possunt l. opponentib. 8. C. de inoffic. testam. *Herm. Vult. d. cap. 9. n. 116. Modest. Pistor. illustr. quest. part. 3. quest. 122. Et ibi in addit. Jacob. Schult. n. 46.* Excipitur tamen Feudum merè hereditarium, ex quo foeminae legitimam deberi nullum est dubium *Henr. Rosenth. d. cap. 7. conclus. 13. n. 32. Andr. Fachin. lib. 7. controvers. cap. 46. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 223. (e) quod foeminae ab initio concessum est, & alias vulgò Ein Weiber: oder Kündel Lehen ab ejusdem origine appellatur c. un. §. filia. 2. 1. F. 8. c. un. in pr. ibi nisi ejus conditionis. 2. F. 11. c. un. in pr. 2. F. 50. Vid. Disput. Collegij primam th. 18. In illo enim ex Feudi natura c. un. 2. F. 30. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 229. masculis non exstantibus succedunt d. c. un. §. filia 1. F. 8. c. un. 2. F. 17. c. un. §. similiter si quoniam 2. F. 51. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 235.**

VI.

Ex Pacto quoq; speciali, (a) vel loci Consuetudine, (b) vel Statuto, (c) vel Privilegio specialiter dato, (d) foeminas ad Feudorum successione[m] admitti non dubitamus.

(a) & eo quidem expresso, c. un. §. hoc autem 3. in fin. 16

in fin. 1. F. 1. c. un. §. filia 1. F. 8. r. un. §. fin. in fin. 1.
F. 14. c. un. §. ult. in fin. 2. F. 2. c. un. in pr. vers.
Ad filias. 2. F. 11. c. un. in fin. ibi) Si de his nomina-
tim 2. F. 23. c. un. in pr. 2. F. 50. Joan. Borcholt. d.
cap. 7. part. 2. n. 66. Clar. §. Feudum quest. 73.
n. 4. Francisc. Duar. in d. tract. de feud. cap. 10. n. 9.
Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 14. n. 40 & 41. (b)
c. un. 2. F. 29. c. un. 2. F. 32. Sicut enim consue-
tudine introductum, ne Fœminæ in Feudo
succedant, ita non male contraria consuetu-
dinæ inducitur ut succedant, quia est, ratio-
nabilis & per hanc ad jus naturæ ac civile or-
dinarium redditur. Joan. Schneid. d. part. 6. n. 30.
& seqq. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 48. Talem con-
suetudinem Fœminas ad Feudi successione[m]
admittentem in Gallijs, in Diœcesi Parisiensis
item Nervensis, nec non in Delphinatu & Bur-
gundia custodiri testis est Henr. Resemb. d. tr.
cap. 9. memb. 1. conclus. 58. n. 41. Sic Fœminas
in Abbatia Fuldensi, Corveiensis & Hirsfel-
densis in Feudis de consuetudine succedere
testatur Joan. Fichard. conf. 17. n. 7. vers. Proinde.
vol. 1. (c) & lege Municipali ab ijs, qui pote-
statem statuendi habent, introduci potest, ut
fœminæ in Feudis succedant Joan. Schneid. d.
part. 6. n. 33. Ludolph. Schrad. d. part. 7. c. 4. n. 55.
Alex. de Imola conf. 29. vol. 4. (d) quale Privile-
gium habent in hac Provincia Megapolensis
fœminini sexus Personæ, quas nostrate lingua
Erb Junastrawen appellitamus; Hæ enim, Pa-
tre Vafallo mortuo, nullisq; relictis filijs, in
Feudis succedunt, ejusq; Usumfructum ad vi-
tam habent, Matth. Wesenb. conf. 1. in summario vol. 1.
Dn. Ernest. Corhm. conf. 67. n. 1. & n. 40. vol. 2.
& conf. 89. n. 86. d. vol. 2. ubi Feudum anne-
xam habens masculinam dignitatem das Marz

scholasticum ab hoc Privilegio Megapolensi
 exemptum putat; Quis primò hoc Privile-
 gium Fœminis Nobilibus in hac provincia de-
 derit, variatur; *Frider. Pruckm. cons. 9. n. 37 vol. 2.*
 id ab Henrico Duce Megapolitano profectum
 existimat; Sed id Alberto II. Alberti I filio
 ac Henrici Leonis Nepoti adscribendum esse
 veritas historica suadet; Hunc enim cum capti-
 vum mundo suo muliebri Fœminæ Nobiles
 redimissent, in recompensationem tali Pri-
 vilegio, quod subsequentes Illustrissimi Du-
 ces ac Principes Megapolitani confirmarunt,
 scirciter Annum Christi 1394 donatae
 unt. *Petr. Lindenb. lib. 2. Chron. Rostoch. cap. 12.*
Joan. Albicius in Stemm. Reg. ac Princip. Stemm.
Duc. Megap. Mechl. Lehnrecht tit. 7. art. 6. ibi
 Wann aber der Lehnman keine Mänliche Leibes-
 lehns Erben, sondern allein gezeugte Tochter nach
 sich lesset; So geniessen vnd gebrauchen die Tocht-
 er auß sonderlicher vnser Gottsehligen Vorfahren
 vnd vnser Begnadung vnd Privilegien/ das er-
 ledigtes Lehngut / zeit ihres lebens; Hoc Pri-
 legio omnes filia gaudent, unaq; mortua,
 reliquæ adhuc eo utuntur, si modo Feudum
 pro indiviso tenuere, secus si pro diviso &
tit. 7. art. 12.

VII.

Hoc loci suboritur nobilissima & ab Interpretibus
 maximè agitata quæstio, an Fœmina propter Mascu-
 li existentiam semel exclusa, in perpetuum exclusæ
 censeatur? Negamus,

Hic omni jure illud *Vergilij* usurpare licet, Hinc
 atq; hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
 In cœlum Scopuli; quia tam intricata hæc
 quæstio & utriq; Dd. præjudicijs suffulta est,
 ut, utra

ut, utra verior & textui magis sit conveniens
sententia, vix cognosci possit; Nos negati-
vam tanquam verio rem, æquio rem & juri
tam scripto quam naturali magis convenien-
tem defender: annitemur; quam etjam ner-
vosissime Herm. Vult. d. cap. 9. n. 51. & seqq. & in-
geniosissime Petr. Heig lib. 1. quest. Jur. Civil.
& Saxon. quest. 26 propugnant. Henr. Bocer. in
tract. de Investit. Feud. c. 5. n. 50. & seqq. & Joann.
Harprecht. in pr. Inst. de heredib. qua ab intest. deser.
n. 143. & seqq. Latissime contrarium defendunt.

VIII.

Sed nec Masculi omnes ad Feudi Successionem
admittuntur, verum ij tantum, qui ad servitia Feudo
annexa præstanda idonei sunt; Quales non sunt Cle-
rici (a) & Monachi (b).

(a) nulla attempta differentia, sive sit Episco-
pus sive Cardinalis, propter generalitatem
textuum in c. un. vers. ex hoc illud. ibi) nullo mo-
do in beneficium paternum debere succedere
2. F. 30. c. un. §. qui Clericus 2. F. 26. Hefsr. Ulr.
Hunn. d. cap. 10. pag. 252. Rationes hujus-juris
sunt prægnantes; nam disijt esse miles seculi,
qui factus est miles Christi, nec beneficium
pertinet ad eum, qui non debet gerere officium
c. un. in fin. 2. F. 21. & quia militans Deo, non
debet se implicare secularib. negotijs c. 3. pla-
cuit. 21. quest. 3. cum scriptum sit, Miles Chri-
sti serviat Christo, Milites seculi serviant se-
culo c. un. 2. F. 109. quia deniq; Clerici Feu-
dum servire non valent c. un. 2. F. 36. ne qui-
dem per substitutum Domino acceptabilem,
Herm. Vult. d. cap. 9. n. 67. Andr. Fachin. 7. contra-
vers. cap. 35. Georg. Obrecht. d. tract. lib. 2. cap. 13.
n. 11. & Hefsr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 248. Imo
adeo.

adeo quidem jure Feudali à successione recen-
 tur Clerici, ut ne abjecto quidem religio-
 nis habitu illis locus detur. *c. un. vers. ex hoc 2. F. 30. Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 252.* Con-
 trarium tamen consuetudine Germaniæ in
 Archiepiscopis Episcopis & alijs Personis
 Ecclesiasticis observatur, uti ipsa experientia
 testis *Vult. d. cap. 9. n. 67. vers. Episcopus.* Non-
 nulli ab his Equites Rhodios, Hierosolymita-
 nos, Melitenses, Theutonicos & alios exci-
 piunt, illosq; in Feudis succedere putant, quos
 tamen, post *Jacob. Menoch. cons. 54. n. 14. & seqq.*
 solidè refutat *Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 255.*
(b) c. un. §. qui Clericus 2. F. 26. nam rationes
 quæ excludunt Clericos, eadem in Monachis
 obtinent, ut proinde idem quoq; in illis,
 quod in Clericis jus statui debeat, *l. illud qua-
 situm 32. ad L. Aquil. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 67. Joan.
 Schneid. d. part. 6. tit. de Success. Descendens. n. 23.
 & 24.* De novo quoniam Clerici & Monachi in-
 vestiri possint, nullam habet dubietatem *c. un. §.
 item si Clericus. 2. F. 40. & nos Dissput. Collegij 2.
 th. 29. defendimus;* Sed hoc loci de successio-
 ne quæstio, à qua propter adductos textus re-
 movendi.

IX.

Deniq; vitio sive animi sive corporis laborantes, ut
 Furiosi, Mente capiti (a) Muti, Surdi, Cæci, Claudii,
 (b) vel aliter Imperfecti in Feudis non Succedunt.

(a) quod quamvis, teste *Gæd. Diss. F. 7. th. 12.* nullo
 juris Feudalis textu reperiatur definitum, ta-
 men ratio id suadere videtur, cum regulari-
 ter nemo ad Feudum admittendus, qui servi-
 tium illud, propter quod concessum, præ-
 stare non possit *arg. c. un. 2. F. 30. Herm. Vult.
 d. cap. 9.*

d. cap. 9. n. 83. ubi illis Prodigium minimè annumerandum putat, quod etiam probare videtur Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 9. pag. 258. (b) c. un. s. mutus. 2. 1. F. 6. c. un. 2. F. 36. quæ duo capitula variè conciliant Dd. uti videre est ex Valent. Forst. in d. tract. de success. ab intest. cap. 23. n. 61. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 32. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 64. Andr. Fachin. lib. 7. controvers. cap. 34. Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 13. n. 27. & seqq. & Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 258. Jure Saxónico præter supradictos Leprosi etiam non admittuntur Landrecht lib. 1. art. 4. Si autem hujusmodi corporis vitia post Feudum acquiritum obvenerint, Feuda Imperfectis non auferuntur, tum, quod afflictis non sit addenda afflictio, tum, quod semel legitime factum ex casu superveniente non retractetur, tum, quod hoc ipsum fidelitatis Juramentum à Vassallis, dum adhuc essent perfecti, præstitum, quod conditionem de possibili expressè annexam habet, persuadeat, Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 13. n. 46. & multis seqq. Hanc distinctionem eleganter etiam approbat Jus Saxon. lib. 1. art. 4. (ibi) wird ein Kinde geböhren / stumf / sinn oder wissloß / oder blind / oder sonst unvollkömlich an seinem Leibe / daß ist wol Erbe im Landrecht / aber nicht im Lehnrecht: Heute aber ein Man Lehn empfangen / ehe er also gebrechlich worden were / daß verleurt er damit nicht. Joan. Schneid. d. part. 6. tit. de Success. Descendent. n. 37.

X.

In Ascendentium ordine, qui jure civili secundus est, (a) in Feudis nulla, (b) regulariter (c) Successio est.

(a) N. 118. c. 2. l. nam. eisi is. de inoffic. testam. (b) text. express. in c. un. 2. F. 50. & ibi comm. Feudista

N

s. un. 2.

c. un. 2. F. 84. tum, quia qui Feudum accipit sibi & liberis non etiam parentibus prospicit. *Arum. Diss. F. 6. lib. 9. tum*, quia Dominus tantum acquirenti & ejus Descendentibus non etiam Ascendentibus Feudum dare intelligitur *Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 16. n. 1. in fin. tum*, quia Feuda dantur ob servitia *c. un. in fin. 2. F. 23.* Quibus obeundis magis idonei Liberi quam Parentes, quorum vires ob ætatem exhaustæ. *Herm. Vult. d. c. 9. n. 101.* Aliam rationem habet *Zafius* eamq; vivam vocat, in *tract. de Feud. part. 8. n. 2.* Vid. *Dn. Conrad. Rittersh. in d. tract. lib. 1. cap. 12. quest. 9. (c)* ex pacto tamen speciali succedunt, *c. un. 2. F. 84.* ex quo etiam prorsus Extranei admittuntur, multo magis igitur Parentes. *c. un. 2. F. 48. Francisc. Duar. in d. tract. cap. 11. n. 11.* Huic duas alias exceptiones communis *Dd. Schola* annectit, I. Investito Filio ob benemerita Patris, II. Patre filij nomine Feudum refutante, ut ille investiretur; In utroq; casu Filio mortuo Patrem admittendum putans *Josch. Myns. lib. 3. obs. 93. Georg. Obrecht. d. lib. 2. cap. 16. n. 5. & 6.* Verum cum hæc textu destituantur, generali regulæ in *d. c. un. 2. F. 59.* propositæ nos insistemus.

XI.

Personis igitur in linea Descendente deficientibus, ad ordinem succedendi tertium vocantur Collaterales (a) in capita, nempe Fratres Germani, (b) & Consanguinei (c); non vero Uterini (d).

(a) Descendentes Agnati, qui secundum vulgarem modum loquendi Collaterales dicuntur, cum tamen re ipsa inspectâ revera transversales non sint, sed descendentes, etiam si inter se quidem ex latere veniant. *Francisc. Hottom. Diss.*

Joan. Diss. Feud. cap. 19. Nam alias qui jure civili
 ex latere venire dicuntur, horum successio
 nulla est; Frater enim Patri in Feudo novo
 non succedit, licet uterq; investitus sit *c. un.*
§. 2. vers. sin autem 1. F. 1. c. un. §. ult. in fin. 1. F. 8.
c. un. §. si duo 1. F. 14. c. un. 1. F. 20. c. un. 2. F. 12.
 nisi ita pactum fuerit *d. c. un. §. 2. vers. sin autem.*
in fin. 1. F. 1. d. c. un. §. ult. in fin. 1. F. 8. d. c. un. §.
si duo 1. F. 14. aut Feudum consentiente Domi-
 no communi pecuniâ emtum *d. c. un. in fin. 1.*
F. 20. c. un. vers. quod si 2. F. 12. aut à Fratribus
 cum Domino adversus hostem militantibus
 simul sit acquisitum. *d. c. un. in fin. 1. F. 20. c. un.*
d. vers. quod si 2. F. 12. Herm. Vult. *d. cap. 9. n. 106.*
 Jus Saxonicum Feudale hac in re cum Colla-
 teralibus strictius agit, dum eos non solum
 à Novo sed etjam Antiquo Feudo repellit, si
 in simultanea investitura non permanserint,
 tametsi à primo acquirente descendant *Lehn-*
recht art. 32. Joan. Schneid. d. pars. 6. n. 39. (b)
c. un. vers. Hi vero deficientib. 2. F. 11. Utrinq;
 tam ex Patre quam Matre conjuncti, von bey-
 den Banden vollergebührt Græcis ἀμφιβαλῆς
 à germine dicti, quod ex eadem stirpe geniti
Qsw. Hilig. in Don. enucl. lib. 6. cap. 15. lit. A. (c)
 Ex uno latere tantum conjuncti Græcis ἐπιχο-
 γωλεῖς dicti Stief: oder Halbbrudere; Hi quia
 sunt Agnati §. vulgo quesitos. 4. *Inst. de Success.*
Cognator. merito in Feudis succedunt, præfer-
 tim cum vinculum ex parte Patris non vero
 Matris in Feudo attendatur; Nec obest,
 quod in Fratre ex utroq; latere conjuncto
 duæ qualitates concurrant; Nam cum altera
 ipsarum est impertinens, non auget succeden-
 di modum *Lib. Hattys. in analys. Feud. cap. 7. §.*
atq; hac. lit. E. pag. 54. Andr. Geil. lib. 2. obs. 151.

(d) quasi quibus præter uterum eundem matris suæ nihil sit commune, quia de Patre nihil participant; Vnde etiam tantum cognati sunt, ad quos Feudi successio non pertinet *c. un. vers. Ad cognatos enim 2. F. 11. Nisi sit Feudum Fœmineum idq; Maternum, in quo exclusis consanguineis tam Uterini quam Germani Fratres succedunt c. un. §. hoc autem. 2. 1. F. 1. 6. un. in fin. 2. F. 23. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 108.*

XII.

Fratres cum Fratrum filijs in stirpes; (a) Si vero Fratrum filij soli absq; Patruis reperiantur, in capita (b) succedunt; Quemadmodum & Jure civili tam antiquo, (c) quam novo (d) hoc itidem recte (e) defenditur.

(a) *c. un. vers. hū vero 2. F. 11. N. 118. c. 3. Auth. Cessante l. fin. C. de legit. heredib. Jure repræsentationis; quod tamen ultra Fratrum filios non extendi putamus. Auth. post Fratres. C. de legit. heredib. d. N. 118. c. 3. vers. hujusmodi vero Privilegium Dn. Conrad. Rittersh. in Meth. Explicat. Novell. part. 7. cap. 13. n. 6. Dn. Ernest. Cothm. cons. 20. n. 14. vol. 3. Quid sit in stirpes succedere, quid item in capita, eleganter explicat ac exemplis declarat Dn. Conrad Rittersh. d. part. 7. cap. 1. n. 8. (b) nam jure Feudali cum contrarium non decisum, merito hîc jus commune observatur *c. un. in fin. pr. 2. F. 1. (c) l. post consanguineos. l. 2. §. hæc hereditas 2. ff. de suis & legit. heredib. l. 1. §. fin. ff. Si pars heredit. petat. Ulp. in fragm. tit. 8. §. regulariter 6. vers. omnes quidem Dn. Conrad Rittersh. d. tract. lib. 1. cap. 16. quest. 11. (d) quod Constit. Carolina Anno 1529. in Comitijis Spirensibus lata introduxit, & hæc de re**

de re Interpretum digladiationes cessare fecit, in *s.* Das wir ibi) wenn einer vntestiret abtirbt vnd nach ihm kein Bruder oder Schwester/ sondern seiner Bruder oder Schwester Kinder in vngleicher zahl verlest / das alsdann seines Bruders Schwester Kinder in die Häupter vnd nicht in die Stämm erben vnd dem Verstorbenen ihrer Vatter vnd Mutter Bruder oder Schwestern dermaß zu succediren, zugelassen werden sollen (e) multas hujus quæstionis rationes adducit ac contrarias rehit *Dn. Conrad. Rittersh. d. tractat. lib. 1. cap. 16. quæst. 12. & quæst. 13.* quas de verbo ad verbum reallumpfit ac in *Meth. Explicat. Novell. part. 7. cap. 14. de novo* transtulit.

XIII.

Post Fratres Fratrumq; filios tandem reliqui Agnati proximiores (a) usq; in infinitum (b) vocantur.

(a) Vasallo scilicet proximè defuncto dem testaten Lehurdæern / *c. un. vers. his vero 2. F. 11. c. un. vers. & hoc est 2. F. 50.* non ei, qui Feudum primò acquisiuit *Dn. Conrad. Rittersh. lib. 1. cap. 16. quæst. 14. Joan. Borcholt. in. d. tract. de Feud. cap. 7. p. 2. n. 84. Herm. Vult. d. cap. 9. n. 112.* (b) *c. un. s. hoc quoq; sciendum 4. 1. F. 1. c. un. in pr. ibi* usq; in infinitum *2. F. 50.* Quibus contrariatur *c. un. s. hoc quoq; 1. in fin. 1. F. 8.* De varietate horum rextuū in concordiam redigenda agit *Dn. Conrad. Rittersh. d. lib. 1. cap. 16. quæst. 16. & quæst. 17.*

XIV.

Cæterum etsi in infinitum omnes Agnati in Feudis succedant, gradus tamen prærogativam inter illos observari, rationi consentaneum est: (a) Hinc eleganti-

N 3

ultima

tissima & in utramq; partem valde exagitata exultat
quæstio, Cum graduum supputatio & investigatio
Civilis plurimum à Canonica discrepet, Ultra ex illis in
Feudorum successione observari debeat? Civilem Ca-
nonicæ præferendam esse nos defendemus (b).

(a) sic & jure civili illa maxime attenditur,
proximusq; Agnatus remotiores excludit *§. ff.*
plures. §. Inst. de Legit. Agnat. Succes. (b) *c. un. §.*
hoc quoq; 1. F. §. c. un. in pr. 2. F. 37. in quo cap. licet
Fachin. lib. 2. controv. cap. 27. verbum Legibus
de Legibus Longobardorum, non vero Ro-
manorum accipi putet; tamen aberrat; nam
Leges ibi Romanæ expresse denotantur pro-
pter c. un. in pr. 2. F. 1. & c. un. §. hoc autem 3. 1.
F. 1. accedit, quod, quotiescunq; simpli-
cer legum mentio fiat, semper Romanæ intel-
ligantur §. sed jus. 2. vers. sed quoties Inst. de F. N. G.
& C. elegantissimè Dn. Ernest. Cohn. cons. 26.
n. 331. & multis seqq. vol. 1. ubi etjam contrarium
statuentium argumenta diluit; quod idem
facere conatur Helfr. Ulr. Hunn. d. cap. 10. pag. 264.

XV.

Postremo in Feudi successione Vir & Uxor (a)
item Fiscus (b) nullas sibi vendicant partes.

(a) Jure civili secundum *tit. ff. & C. Vnd. Vir &*
Uxor succedunt; Jure Feudali contrarium
statutum *c. un. in pr. 1. F. 15. c. un. §. quamvis. 2. F. §.*
c. un. 2. F. 13. c. un. 2. F. 85. nisi specialiter hoc
dictum fuerit d. c. un. in pr. 1. F. 15. quale E-
xemplum illustre in familia Landgraviorum
Hassæ refert Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 16.
quæst. 20 Ratio, quia tantum non licet in Feuda-
libus quantum in Allodialibus; hæc enim
pleno jure nostra, illa sunt Gentilitia & à Se-
niore recognoscenda, Alias rationes collegit;
Dn. Con-

Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 16. quest. 19. De consuetudine tamen hujus Provinciae Megapolensis receptum est, ut Uxoribus Nobilium Vasallorum morientium in compensationem dotis Dotalitium, Germanice *Leibgut / Leibgeding / Leibzucht* interdum dotis augmentem sine ~~ver-~~ *besserung* in Feudo respectivè constituatur; Et est id in hac Megapoli medietas dotis, puta si Vidua in dotem dederit 4000 florenos, mortuo defuncto 6000. florenos recipit, ita tamen, ut in lucro duorum millium non nisi Usuructum habeat, eaq; moriens ad viri defuncti heredes remittat *Dn. Ernest. Cothm. cons. 48. n. 71. vol. 2.* Ad quod legitimè ac firmiter constituendum Domini & Agnatorum consensus necessarius *Dn. Cothm. d. cons. 48. n. 88. & n. 89. Rotschuz. in tract. Von der Wittgiffte Leibgeding / & c. art. 1. n. 20. & n. 22.* ubi hujus quaestionis in utramq; partem autores copiosè allegat. De consuetudine Marchiae idem testatur *Jochim. Sceplitz in Consuetud. Marchiae part. 3. tit. 2. (b) Herm. Vult. d. cap. 9. n. 123.* nam deficientibus Vasalli & Liberis & Agnatis non succedit, sed Feudum revertitur ad Dominum *arg. c. un. 1. F. 20. c. un. 5. his consequenter in pr. 2. F. 28. Dn. Conrad. Rittersh. d. cap. 16. quest. 27.* Aliud de jure Justiniano inductum, quo bona vacantia nullum ex qualibet sanguinis linea vel juris titulo legitimum heredem jactantia ad Fiscum pertinent. *l. vacantia. 2. C. de bon. vacantib. lib. 10.*

COROLLARIA HISTORICA.

I

A^D *Feminas transitoria haud pauca inveniuntur Regna, ut*

gna, ut Anglia, Scotia, & quæcumq; nunc tenet Rex Hispaniarum potentissimus Philippus III. Caterum Imperij in Germania Feuda regulariter Masculina sunt; licet nonnunquam etiam quam plurimi Ducatus, Marchionatus & Comitatus Fœminis obtingunt; Sic Austria Archiducatus ex Privilegio speciali in Masculorum defectu ad Filiam seniore[m] devolvitur Constit. Frider. II. de jur. ac priv. Duc. Austr. §. 12. quam refert Goldast. tom. 1. Constit. fol. 86. Ipsi quoq; Austriaci Archiduces ad illas ditiones & regna, qua olim Carolus Burgundia Dux longè potentissimus & Hispaniarum Rex Ferdinandus Catholicus tenuere, Matrimoniorum cū Maximiliano I Imp. & Maria, nec non cū utriusq; filio Philippo ac Johanna contractorū felicitate pervenerunt Pont. Heut. desfam. Austr. Christoph. Besold. in Disput. de Reg. success. Dissertat. II. n. 11. & n. 12.

II.

Galli imprimis à Fœminarum successione earumq; impetio semper abhorruerunt; Inde q; Philippus Vasceus post mortem Caroli Formosi, Galliarum Regis, sine mascula prole defuncti, Eduardo Anglia Regi III. Philippi Galliarum Regis, Cognomento Pulchri, ex filia Isabella Nepoti, pralatus, illo S. S. scriptura loco setuebatur; Considerate Lilia agri, non laborant neq; nent; eo festivè innuens, Lili-um Francicum in colum & fusum non cadere; Idq; vigore legis Salicæ de terra Salicâ nullam partem Fœmina relinquentis fieri dicunt; de qua plurib. Francisc. Horom. in Franco-Gall. cap. 9. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 7, cap. 16, in fi. Vincent. Cabot. lib. 1. disput. jur. publ. & privat. cap. 16,



Disput. 6.

Dn. Conrad. Rittersh. d. cap.
suetudine tamen hujus Pro-
sis receptum est, ut Uxoril-
lorum morientium in con-
Dotalitium, Germanice
Erbzucht/ interdum dotis a-
besserung in Feudo respectu
est id in hac Megapoli m-
Vidua in dotem dederit.
tuo defuncto 6000. flore-
men, ut in lucro duorum
sum ructum habeat, eaq-
functi heredes remittat *Dn.*
n. 71. vol. 2. Ad quod legi-
stituendum Domini & A-
necessarius *Dn. Cothm. d.*
Rotschuz. in tract. Von der We-
art. 1. n. 20. & n. 22. ubi
utramq; partem autores
consuetudine Marchiae id
Scepluz in Consuetud. Marchiae
Vult. d. cap. 9. n. 123. nam
& Liberis & Agnatis no-
dum revertitur ad Domin-
6. un. 5. his consequenter in p-
Rittersh. d. cap. 16. quest. 27.
niano inductum, quo be-
ex qualibet sanguinis line-
gitimnm heredem jactant
ment. l. vacantia. 2. C. de bon-

COROLIA
HISTORIA

A^D Feminas transitoria ha-

e cor-
polen-
Vasal-
dotis
eding /
ne ver-
ur; Et
puta fi-
s, mor-
ita ta-
nisi U-
iri de-
cons. 48.
er con-
sensus
& n. 89.
ng, & c.
nis in-
at. De
Joachim.
) Herm.
Vasalli
d Feu-
. F. 20.
Conrad.
e Justi-
nullum
ulo le-
perti-
o.

veniantur Re-
gna, ut

